

507.

Markgraf Heinrich eignet zu seinem, seiner Gemahlin, seines verstorbenen Vaters und aller Vorfahren Seelenheil dem Kloster Dobrilugk den dritten Theil der Vogtei auf seinen Gütern.

Torgau, 1234 Juli 22.

- 5 *Hdschr.: 2 Or. Perg. Weimar Gem. Ernest. Archiv. Weimar Reg. Oo pag. 701 No. 14 (A) und 15 (B). Das grüne S. Heinrichs, an grünen Seidenfäden, = Taf. III. 5, dasjenige des Grafen von Brehma, an ziegelrothen Seidenfäden, = Taf. X. 1. Phot. II. St. A.*
Gedr.: Horn, Henricus illustris 298 (mit XI. Kal.). Schöttgen, Opusc. min. 28.
Ann.: Urk. von gleicher Empfängerhand. Vgl. Posse, Lehre von den Privaturk. 17 und wegen der Besiegelung 163
 10 *Ann. 3. Vgl. No. 496.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Henricus dei gratia Misnensis et Orientalis marchio: ||| Quoniam mortalium equa est conditio, hoc est in lege mortis non plus diviti parcitur quam pauperi, nec || vera | sunt hominis bona, que secum auferre non potest, ideoque nos, qui pre ceteris temporalium benedictionem ||| a domino accepimus, 15 studio misericordie invigilare debemus, que sola comes fidelis est defunctorum. Eapropter notum facimus tam presentibus quam futuris Christi fidelibus universis, quod nos ad instanciam precum venerabilis abbatis Pertholdi de Doberluch ad placandam nobis superni iudicis severitatem et in anime nostre ac coniugis nostre salutem, nec non pro remedio anime patris nostri Th[eoderici] et omnium progenitorum nostrorum de consensu coheredis 20 nostri Theoderici^a) comitis de Brenen terciam partem advocacie, que ad nos spectabat, cum omni iure et libertate omnium bonorum nec non villarum, quas supra dictum cenobium possidet, iure^b) perpetuo duximus conferendam. Sunt autem hec nomina villarum: Kyrkhagen, Witheroldeshagen, Frankenowe, Heinrikesdorp, Monkehusen, Eykholz, Luge, Vishwazer, Rikersdorp, Friderikesdorp, Grunowe, Lindenowe, Schonenburn, 25 Schulze, Boyniz, Kemeniz, Windischmarch, Valkenberch, in Cukvkesdorp XII mansi, in Costensdorp III mansi et dimidium et III iugera, in Monkesdorp VI mansi, in Althena VII mansi, Wisiz allodium. Ut igitur hec nostra devota donatio prefate ecclesie de Doberluch rata permaneat et inconvulsa, sigilli nostri et predicti coheredis nostri Th[eoderici] comitis de Brenen sigilli inpressione fecimus insigniri, suppositis etiam testibus fide dignis, 30 quorum nomina sunt hec: Bertholdus abbas. Henricus prior. Herwicus fratres eiusdem loci. Martinus prepositus de Mulberch. Nomina laicorum sunt hec: Albertus burgravius de Dewin. Otto advocatus de Ylburch. Otto et Sifridus fratres de Nidekke. Fridericus et Vdo de Turgowe. Witigo filius Friderici. Iohannes et Vlricus fratres de Pache^e). Iohannes de Rochelyz^d). Hildebrandus^e) de Barud. Dyprandus de Zlaberdorp. 35 Hartmannus de Valkenberch. Sifridus de Mulberch et alii quam plures. Acta sunt hec anno gratie M. CC. XXXIII., indictione VII., epacta XVIII.; datum Turgowe XI. kal. augusti.

(S.)

(S.)

507. a) Theodorici B. b) iure fehlt B. c) Pake B. d) Rocheliz B. e) Hyldebrandus B.